

Band XI., Nr. 5183, Seite 175-177

*Der Deutschmeister und der Johanniterprior für Oberdeutschland bestellen
Schiedsrichter aus ihren Orden zur Erledigung ihrer Streitigkeiten über
Rechte und Besitz zu Mergentheim, Horneck und Hornberg.*

Nürnberg, 1298. November 16.

Cum inter nos fratrem Sifridum de Führtewangen preceptorem ordinis sancte Marie Theutunicorum per Alemaniam ex una et fratrem Helwicum de Randesacker priorem ordinis hospitalis sancti Johannis Jerosolimitani Alemanie superioris ex parte altera nec non fratres et homines ordinis utriusque in terminis Mergenthem Hornege et Hornberg super diversis articulis rebus et iuribus exorta fuisset materia questionis et aliquamdiu disceptatum inter partes, attendentes religiosos debere in concordia confoveri honorando et religioso viro fratre Gotfrido de Hohenloch summo magistro dicti ordinis Theutunicorum presente et consensum expressum prebente de consilio fratris Hermanni dicti Lesch provincialis per Franconiam, fratris Wernheri de Luternberg¹ commendatoris in Marburg, fratris Engelhardi pincerne de Limpurg commendatoris in Hornege et fratris Theodrici commendatoris in Cobelenz ordinis Theutunicorum, fratris Heinrici de Bibelriet commendatoris in Heinbach², fratris Hugonis de Werdenberg commendatoris in Bûbinkoven et in Wêdiswiler, fratris Waltheri pincerne de Limpurg commendatoris in Hemmendorf et fratris Hermanni de Westvalia commendatoris in Columbaria ordinis hospitalariorum et aliorum plurimorum eorundem ordinum commendatorum et fratrum apud nos existentium fide dignorum in religiosos viros fratrem Burkardum de Tannenberg commendatorem in Mûnrichstat et fratrem Johannem de Herbipoli commendatorem Spirensensem ex parte fratrum Theutunicorum, fratrem Gotfridum de Clingenvels commendatorem in Rêchsingen et fratrem Paulum de Hohenstat commendatorem in Rotenburg ex parte dicti hospitalis sancti Johannis tanquam in arbitros arbitratores et amicales compositores compromisimus fide data et compromittimus per presentes, ita sane ut dicti arbitri plenam et liberam potestatem habeant super premissis articulis rebus et iuribus et quolibet eorum pronuntiandi definiendi vel etiam componendi die feriato vel non feriato stando vel sedendo nobis presentibus vel absentibus omnibus exceptionibus altercationibus privilegiis et indulgentiis procul motis per quos arbitrium eorum pronuntiatio vel statutum in parte vel in toto impediri posset vel etiam annullari. Placuit etiam

¹Eventuell Bad Lauterberg im Harz, OHA oder Lutterberg, Staufenberg, GÖ.

²Johanniterkommende Heimbach bei Oberlustadt, Lustadt, GER.

II

nobis quod predicti arbitri seu compromissarii in die beati Andree apostoli nunc proxime venienti in civitate Spirensi se recipient per quindenam inibi moraturi ad terminandum predicta vel etiam componendum et si prelibati arbitri quod absit infra terminum statutum non componerent possunt et debent ibi vel alibi *insumul* commanere pro testibus audiendis inquisitionibus faciendis et aliis ordinandis ad ipsum negotium necessariis per quindenam proxime subsequentem, termino quo transacto ad civitatem Spirensis prefatam redibunt inde non recessuri donec predicta omnia concorditer terminentur, et si infra triduum post predictam quindenam ultimam numerandum ipsi arbitri non concordarent, nos frater Sifridus de Fūhtewangen et frater Helwicus de Randesacker supradicti in opido Wimpinensi³ ad monitionem eorundem arbitrorum nos recipiemus familiam tantam et talem habituri ibidem sicut ipsi arbitri decreverint et eis visum fuerit expedire, demorabimur etiam tamdiu in loco eodem, donec omnia inter nos usque ad hec tempora exorta eorundem arbitrorum sententia terminentur. Ad omnia et singula supradicta nos obligamus et compromissum presens sub penis vallamus quascunque et qualescunque iidem arbitri duxerint apponendas, quod eorum relinquimus potestati. Et si unum sepedictorum arbitrorum cedere vel decedere ex quacunque causa inevitabili contingeret quod absit, superstites partis adverse de ordine cedentis vel decedentis fratrem eligent quem voluerint ad complendum numerum arbitrorum pretaxatum habentem potestatem per omnia ut predicti. Et ut omnia sine impedimento procedant, ipsos arbitros nunc electos vel in futurum eligendos ab obedientia nostra exnunc absolvimus in omnibus et singulis hiis que possent predicta negotia impedire vel eorum diffinitionem aequaliter retardare, in quibus nullam potestatem nobis penitus reservamus. In quorum premissorum testimonium presens scriptum exinde confectum sigillorum nostrorum munimine duximus roborandum.

Datum apud Nūrenberg, anno domini MCCLXXXVIII., die dominico post festum beati Martini episcopi tempore hyemali.

Der Textabdruck folgt dem Original.

Zwei leicht beschädigte Rundsiegel mit rotem auf gelbem Wachs. 1) 35 mm, Brustbild der Maria mit dem Jesuskind, in der Rechten einen Lilienstengel; Umschrift: + • S . . . PTORIS • ALLEMANNIE. 2) 38 mm, Johannes der Täufer barfuß im härenen Gewand, in der ausgestreckten Linken die Scheibe mit dem Lamm, darüber ein Kreuz, rechts und links im Siegelfeld Blumenranken; Umschrift (deren letzte drei Buchstaben im Siegelfeld unter einander stehen): + • S • PRIORAT • DOM • HOSPITAL • FRM • SVP^{er} IORIS • ALEMANIE.

³Wimpfen am Berg und Wimpfen im Tal, Bad Wimpfen, HN.

Überlieferung und Publikationen

Lagerort:

HStA Stuttgart

Signatur/Titel des Originals:

B 352 U 222

Überlieferung und Textkritik:

Original. Abschrift in der Sammlung Breitenbach: StA Ludwigsburg JL 495 Nr. 190.

Regesten:

KARL WELLER (HRSG.): Hohenlohisches Urkundenbuch, im Auftrag des Gesamthauses der Fürsten zu Hohenlohe, 3 Bde., Stuttgart 1899-1912, Bd. 1, S. 534, Nr. 728, 24.

Weitere Angaben

Sprache:

Lateinisch

Ausstellungsort:

Nürnberg

Aussteller:

Sifrid; von Feuchtwangen Helwig; von Randersacker

Ortsindex:

Bad Lauterberg im Harz, OHA

Bad Mergentheim Wohnplatz (3643)

Bad Mergentheim, TBB

Biebelried, KT

Bubikon, Kt. Zürich, Schweiz

Colmar, Dep. Haut-Rhin, Frankreich

Feuchtwangen, AN

Franken

Hemmendorf Wohnplatz (16173)

IV

Hemmendorf, Rottenburg am Neckar, TÜ
Hohenlohe, Simmershofen, NEA, W
Hohenstadt an der Pegnitz, Pommelsbrunn, LAU
Hornberg Wohnplatz (6130)
Hornberg, Neckarzimmern, MOS
Koblenz, KO
Lutterberg, Staufenberg, GÖ
Marburg, MR
Münnerstadt, KG
Nürnberg, N
Oberlustadt, Lustadt, GER
Randersacker, WÜ
Rexingen Wohnplatz (7504)
Rexingen, Horb am Neckar, FDS
Rothenburg ob der Tauber, AN
Schloss Horneck : Gundelsheim HN
Schloss Horneck Wohnplatz (1981)
Schwäbisch Hall SHA
Schwäbisch Hall Gemeinde (3313)
Speyer, SP
Steinbächle : Unteraspach, Ilshofen SHA
Steinbächle Wohnplatz (2974)
Tannenberg, Seeheim-Jugenheim, DA
Werdenberg, Kt. St. Gallen, Schweiz
Westfalen
Wimpfen am Berg Wohnplatz (1852)
Wimpfen am Berg, Bad Wimpfen, HN
Wimpfen im Tal Wohnplatz (1853)
Wimpfen im Tal, Bad Wimpfen, HN
Wädenswil, Kt. Zürich, Schweiz
Würzburg, WÜ